

dei gratuita bonitate sancte Nuenburgensis ecclesie dictus episcopus ecclesiam in Richenbach hostium incursum destructam et reedificatam in honore sancte Marie perpetue virginis et sanctorum Petri et Pauli apostolorum consecravimus — —

Actum in Cice a venerabili Utone sancte Nuenburgensis ecclesie episcopo anno 5 ab incarnatione domini millesimo centesimo quadragesimo, indicione tertia, anno ordinationis domini episcopi xv; feliciter amen.

140.

Bischof Udo von Naumburg stellt die Parrochialverhältnisse der wiederhergestellten Kirche zu Altenkirchen im Pleißengau fest. Zeit, 1140.

10 *Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 52. Die Urkunde hat durch Feuchtigkeit so gelitten, daß manche Stellen nicht mehr zu lesen sind, und zwar schon vor Vollendung der Schrift, weil das Siegel die Mitte der sechs letzten Zeilen durchbricht, sodaß der Schreiber sich dem S. akkommodiren mußte. Das sehr gut erhaltene S. des Bischofs ist hinten aufgedrückt.*

Gedr.: Lepsius, Gesch. der Bischöfe des Hochstifts Naumburg 1,246.

15 C. :In nomine sanctę et individue trinitatis. Uto divina favente clementia sancte Nuemburgensis ecclesię episcopus. Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris in perpetuum gratia vobis et pax adimpleatur. | Noverit omnium Christi fidelium tam presentium universitas quam futurorum posteritas, quod ego Vto ex sola omnipotentis dei gratuita bonitate sancte Nuenburgensis ecclesię dictus episcopus in | pago Plisna
20 ecclesiam, quę Aldenkirkin dicitur, primo ligneam, quę igne periit, deinde lapideam in honore dei et sancte et victoriosissime crucis sanctęque Marię perpetuę virginis et beatę Margarete | virginis petitione fratris nostri Witradi in pago memorato^{a)} archidiaconi, Cicensis ecclesię decani, consecravi, dotem cum terminis villarum, quas infra scribi feci, banno firmavi et hoc posterorum noticię presentis scripti memoria et sigilli nostri recogni-
25 tione commendare curavi. Eodem vero in loco, in quo v[el]^{b)} ligneam vel deinde lapideam ecclesiam consecravi ante plures annos, sicut veridica veterum relatione didici, felicis memorię dominus Gunterus predecessor meus sanctę Nuenburgensis ecclesię episcopus primus ex lignis fabricatam ecclesiam consecraverat, dote et eisdem terminis villarum, quas posuimus, banno firmaverat. Labente etiam aliquanto tempore et domino Guntero viam un[i-
30 verse]^{b)} carnis ingresso bone recordationis domnus Walrabanus ecclesię nostrę episcopus ligneam itidem ecclesiam pereunte priore consecravit et dote prima et terminis eisdem villarum s[ub ana]thematis^{b)} vinculo ad exemplum antecessoris sui roboravit. Prima autem vel secunda eiusdem ecclesię consecratio celebrata est temporibus divę memorię domni Heinrici qu[arti Roma]norum^{b)} inperatoris et semper augusti . . . et opera cujusdam
35 Richeri eiusdem ecclesię sacerdotis, tertia vel quarta Romanorum in rege invictissimo nichilominus et labore Alexandri sepius dicte ecclesię provisoris. Nomina villarum, quę in terminis lingua rustica Aldenkirkin, lingua vero patria Ztarecoztol vocatur, esse noscuntur, hec sunt. Nebedun, quę cum omni utilitate dos ecclesię est, Hissice,, Rosenezdorf, Platicizci, Ztribeglowe, Drogane, Gimelen,